vel ad Res, vel ad Actiones. Et priùs de perſonis videamus. Nam parum eſt jus noſſe, ſi perſonæ, quarum cauſa conſtitutum eſt, ignorentur.

ctorum, huius & univerſæ de jure tractationis, particularium. Vniverſale porrò, & unum adæquatum jurisprudentiæ Subjectum eſt judicium. c. I. A. de ſtat. hom. theſ. 1. fac. conſtit. de rat. & meth. jur. doc. §. ſed quia ſolitum. 5. & ſeq.

TRACTATIONIS PRINCIPALIS.

PARS PRIMA:

DE PERSONIS.

CONNEXIO TITULORUM.

DE perſonis tractatio, habet duas Sectiones: quarum UNA, *continet diviſionem hominum ex jure Gentium; in* liberos *& ſervos: & duo complectitur capita: quorum Vnum eſt de Servis: de quibus agitur ſub rubrica generali:* tit. 3. *Alterum de liberis: & quia liberi, rurſus ſunt vel ingenui, vel libertini: ideò caput iſtud duo habet membra: quorum in primo agitur de ingenuis;* tit. 4. *in altero de libertinis: & quidem tribus articulis: quorum primus eſt de libertinis ſeu manumiſſis in genere:* tit. 5. *ſecundus de cauſis ex quibus manumittere non licet.* tit. 6. *ter-*

tius